



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 14. Turcarum sententia de urbe quatuor ex partibus invadenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

Sæcul. XVI. merum redigebatur, proximam sui rui-
A.C. 1522. nam impendere præsentiebant, præser-
 tim cum nulla ferme præteriret dies,
 quæ non quodam assaltu, ac plurimo-
 rum utrinque clade funestabatur, ubi
 tamen Equitum jactura ob exiguum
 fuorum numerum semper magis noxia
 erat, & in una sola Turcarum irruptio-
 ne supremus rei tormentariæ Præfe-
 ctus, Argillemonti Eques triremium Na-
 varchus & Eques Mausella Magni Ma-
 gistri vexilifer, præter alios quampluri-
 mos desiderabatur.

§. XIV.

*Turcarum sententia de urbe quatuor
 ex partibus invadenda.*

Jacob Fon- Solimanus, cum Janifaros ob tot ag-
tani de bello greffiones incassum tentatas, ac in-
Rhodio. gentem suorum cædem animo dejectos
 cerneret, belli Senatum habuit, in quo
 decretum, undique in urbem impetum
 esse faciendum, unoque tempore qua-
 tuor diversas murorum partes aggre-
 diendas. Præfigebatur huic assaltui
 dies vigesima quarta Septembbris, &
 Sultanus militibus suis novos animos
 inditus, præconis voce proclamari
 jussit, Rhodum deprædandi copiam eis
 fieri, si urbem armis caperent. Com-
 perto hoc Turcarum consilio supremus
 Magister

Magister omnes obibat stationes, ac E-^{æcal.} XVI,
quites atque cives adhortabatur, ut aut ^{A.C. 1522.}
vincere, aut mori parati essent.

Ergo, ut statutum, ita Turcæ qua-
tuor ex partibus simul urbem invadunt;
priusquam vero irruptioni initium da-
reht, ad dilatandas murorum ruinas as-
siduam tormentorum tempestatem ef-
fundunt, nec tamen inde fracta erat E-
quitum virtus, imo augebatur militum
animus, dum magni Magistri sedulitas
in confirmandis suorum animis ad om-
nes ordines intenta discurrebat. Ac-
cessit servens Sacerdotum ac Religio-
forum studium, necnon senum, infantum,
imo & ipsarum quoque ardor mulie-
rum, quæ pariter periculi sociæ fieri cu-
piebant, quæ perspecta istorum constan-
tia Turcæ animo ceciderunt. Fertur,
quod quædam fœmina natione Græca,
ubi Procum suum, centuriæ itidem Græ-
cæ Tribunum, fuisse trucidatum compe-
riisset, proles suas tenerrimo amplexu
constrictas, signo crucis signaverit, eas-
que hunc in modum fuerit allocuta,
„ Filii mei carissimi! expedit vobis, ut
„ meis potius manibus, quam hostium
„ nostrorum gladiis occisi moriamini „
quibus dictis mulier arrepto cultro eos
jugulavit, postmodum vero Amasii sui
vestes adhucdum ejus cruento manantes
induta, ac ferreo baculo munita forti a-
nimo

Secul. XVI. nimo in medias Turcarum acies irruerit,
A.C. 1522. atque ultra sexus sui conditionem stu-
 pendæ virtute dimicaverit, donec tandem
 & ipsa perimeretur. Tanto pugnan-
 tiū ardore fuorumque cæde deterriti
 Turcæ, ab assaltu desistere compelleban-
 tur, toto pedum studio ad obsidionales
 fossas regressi: Solimanus vero, ut fu-
 gæ ignominiam honestaret, suique ex-
 ercitus honori consuleret, receptui ca-
 nere jussit, maximo suorum dispendio,
 ex quibus præter plures eosque nobi-
 lissimos Belliduces plusquam quin-
 decim millia ad ipsas murorum ruinas,
 vel ad ima urbis ceciderunt. Nec mi-
 nor erat Rhodiorum clades, spectato e-
 xiguo eorum numero; quamplurimi e-
 nim trucidati, atque ex illis, qui mor-
 tem evaserant, prope omnes vulnerati
 erant, adeo, ut pauci admodum super-
 essent, qui militari munere suo fungi
 possent.

§. XV.

*Solimanus ob sinistrum assaltus suc-
 cessum in rabiem actus.*

Jac Bosius **S**olimanus ob adversum hujus expedi-
 c. 20. & seq.
Jacques de **S**olimanus ob adversum hujus expedi-
Borbon. l. cit. **t**ionis successum spe in rabiem versa,
 tam impotenti ira commovebatur, ut
 parum abfuerit, quin furore ac indigna-
 tione abreptus ipsum Mustapham Soro-
 rium